



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

7. De iuramento calumniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Iuramento calumnie.

TIT. VII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Barbat. Mar. Socin. Guil- lelm. Durand. in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 51. verso, Ioan. de Londris in *breuiario sanctor. Can.* fol. 168. Petr. de Rauennan in *compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. in *epitome Decretal.* fol. 54. verso, Dan. Venator in *analyti methodica intro Pontif.* pag. 194. Alex. Cassan. & Anastas. German. in *paratitla ad quinque libros Decret.* sub hoc tit. Lancel. in *instit. Canon.* Canif. in *sum. iur. Canon.* Cafarel. in *erotem. iur.* Barthol. Carthag. in *exposit. tit. iuris Canon.* nouif- simè Ioan. Honor. lib. 2. *sum. in Decretal.* omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. tractant Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 43. vbi parens meus, & apud Castellanos l. 23. tit. 11. p. 1. vbi Greg. Lop. & tit. 7. lib. 4. *noua recop.* vbi Azeued. & ex professo peculiarem tractatum edi- dit Anton. del Rè Tiburt. de *iuramento calumnie*, vide Guillelm. Durand. in *speculo iuru.* lib. 2. sub hoc tit. Ma- rant. de ord. iudic. p. 6. vbi de *iuram.* Viu. Kirichou. Soar. & alios tom. 1. *comm. opin.* lib. 1. tit. 28. Perez l. 1. *verbo.* *iuramento de calumnia*, tit. 4. lib. 3. Ordin. Donel. *comm. iur. Civilis*, lib. 24. c. 3. Mench. *vsusfreq* lib. 2. c. 2. 5. Cardof. in *praxi iudicum*, verbo, *iuramentum*, a n. 16. Camil. Borrel. in *summa omnium decif.* tit. 51. de *iuram. calumnia*, Sigism. Scacc. de *iudic.* lib. 2. c. 1. Galgancet. de *iure publi- co*, lib. 2. tit. 28.

SUMMARIVM.

- 1 Clericus in causa Ecclesie sue iuramentum calumnie potest alteri committere, & per se iurare non cogitur nec debet, sine superioris licentia.
- 2 Episcopi, & ceteri clericali Ordine insigniti immunes sunt ab opere prestandi iuramentum calumnie.
- 3 Procurator non potest subire iuramentum calumnie, nisi habeat mandatum speciale ad illud, secus si sit procurator clerici.
- 4 Clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice seculari sine Episcopi, seu Superioris licentia.
- 5 Clericus ut iuste possit testimonium suum proferre, regulariter necessaria est sui Prælati facultas, secus tempore pestis.
- 6 Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum li- centia testimonium perhibere non possunt.
- 7 Episcopus hodie subire potest iuramentum calumnie sine speciali licentia Pape.
- 8 Clerici si absque licentia suorum Prælatorum, coram non suo iudice iurent, non exinde vitaretur pro- cessus, seu iudicium redderetur nullum, prout in Monachis, & Regularibus.
- 9 Clericis quare petere debeat licentiam à suo Episcopo ad iurandum de calumnia coram iudice non suo ostenditur.

CAP. Inhærentes. I. Honor. III.

Clericus in causa sue Ecclesie non debet in iudicio iuramentum calumnie prestare, nec Epi-

scopus consulto Papa, sed hoc iuramentum prestare debent clerici p. r. actores, & defensores. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imol. Panorm. Anchar. Host. Bald. Barbat. Mar. Socin. Cujac. Viuian. in *ration. secundæ libri iur. Pontif.* pag. 58. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 220. remissive Ximenes in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 24. cap. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alexnd. III. p. 13. c. 1.

Collige ex text. quoddam Episcopi, & ceteri clericali Ordine insigniti, immunes sunt ab opere prestandi iuramentum calumnie, vt per Valer. Reginald. in *praxi fori pontif.* lib. 18. n. 103. latè Bellet. *disquisit. cleric.* p. 1. tit. de *clerico teste*, §. 4. Carol. de Grassis de *effectibus clericalibus effectibus* 34. per totum.

Sed aliis idoneis defensoribus, &c.] Clerici ergo hu- iusmodi calumnie iuramentum prestare poterunt per procuratorem, Bellet. d. §. 4. n. 2. Et quamvis pro- curator illud subire non possit nisi habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia, Ordin. Regia lib. 3. tit. 43. §. 1. Seraphin. de *privileg. iuram. priuileg.* 111. n. 4. Cald. Pereira in *l. si curatorem*, verbo, *imploandum*, n. 6. Anton. del Rè Tiburt. de *iuram. calumnia*, c. 16. Ant. Gabr. tom. 3. *comm. opin. tit. de mandato*, concl. vnic. vers. 4. requiritur, Camil. Borrel. in *summa omnium decif.* tit. 51. de *iuram. calumnia*, n. 16. & tit. 66. de *procurat.* n. 18. Steph. Grat. *discept. forens.* c. 105. n. 21. tamen procurator clerici potest iurare de calumnia sine speciali mandato, vt post Butr. & Abb. in *presenti*, resoluit Bellet. d. §. 4. n. 3.

Vel quisque clericus inconsulto Prælati, &c.] Notatur ad hoc quoddam clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice seculari sine Episcopi, seu Superioris licentia, Innoc. n. 1. & 2. Abb. a n. 16. in *presenti*, Specul. tit. de *testibus*, n. 36. Bellet. d. §. 4. n. 4. vbi etiam cum Socin. n. 15. & 16. in *cap. cum in causa*, infir. hoc tit. re- soluit huiusmodi licentiam debere esse specialem ad iurandum de calumnia, ac debere esse verbis expres- sam, nec sufficere tacitam, & n. 1. quoddam debet etiam peti huiusmodi licentia in constituendo procurato- rem ad iurandum de calumnia, & n. 6. cum Abb. hic n. 10. tenet clericum non excusari à petendo huius- modi licentiam iurandi de calumnia, licet habuerit licentiam litigandi à Prælati suo; nam regulariter vt clericus iuste possit testimonium suum proferre, necessaria est sui Prælati facultas, Paris. *conf.* 83. n. 35. vol. 1. Nat. *conf.* 39. n. 1. vol. 4. Crauet. *conf.* 2. n. 1. vol. 1. Mascard. de *probat. concl.* 306. n. 6. Franc. Marc. *decif.* 777. n. 4. Salzed. ad Bernard. in *praxi* c. 98. alijs 101. n. 23. in nouissima edit. Bellet. d. tit. de *clerico teste*, §. 2. nisi tem- pore pestis propter imminens periculum, Ripain tract. de *peste*, tit. de *privileg. iudic. caus.* post n. 45. Farin. in *praxi crimin. quæst.* 61. num. 81. Bellet. d. §. 2. num. 4. Eodem modo Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum licentia testimonium perhibere non possunt, Bosl. in *praxi crimin. tit. de opposit. contra test.* num. 92. Specul. tit. de *teste*, c. 1. num. 36. Farin. d. §. 6. num. 124. & 130. cum *segg.* Mascard. *concl.* 261. num. 1. 2. 5. & 12. & *concl.* 1358. num. 1. Illud tamen aduer- tendum est, quoddam licet clericis non tantum Episcopus, sed etiam alius Prælati inferior possit dictam licentiam concedere, id in civilibus causis non verò in criminalibus ad tutelam & defensionem rei accu- sati procedit, quia in istis ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali maturo iudicio, & præmia causæ cognitione concedenda est, non verò ab inferiori- bus iudicibus, qui causarum criminalium cognitio- nem non habent, vt ex Abb. in *presenti*, resoluit Salzed. d. cap. 101. num. 23. in *fine*. Et licentia danda per Episcopum clerico, vt depenat coram iudice seculari,

De Iuramento calumniæ, Tit. VII. 399

seculari esse deberet sub hac, siue simili forma. Conceditur licentia N. clerico deponendi in Curia seculari in tali causa, dummodo non deponat super articulis concernentibus criminalitatem, infamiam, negatium, aut repulsum.

7 In glos. *In consilio ibi, hoc non seruatur*, &c. Notatur ad hoc quod hodie Episcopus iurare potest iuramentum calumniæ sine speciali licentia Papæ, Abb. *hic* n. 16. & 19. Bellet. d. §. 4. n. 10.

8 In ead. glos. ibi, *sed iudicium propterea non vitatur*. Notatur ad hoc quod si clerici absque licentia suorum Prælatorum coram non suo iudice iurent, non exinde vitaretur processus, seu iudicium redderetur nullum, Abb. *hic* n. 17. & in c. *communis*, n. 4. ubi etiam Felin. n. 1. de testib. Anton. del Rè d. tract. c. 1. §. n. 344. Aret. *conf.* 160. *verf. venio ad octauum*, Roland. *conf.* 24. n. 77. vol. 1. Bellet. d. tit. de clerico teste, §. 2. n. 3. & §. 4. n. 7. Guid. Papæ. *decis.* 55. in princ. Salzed. ad Bernard. d. c. 101. n. 25. Sic etiam in Monachis, & Regularibus resolunt Guid. Papæ *decis.* 157. Farin. d. q. 61. n. 134. Fr. Emman. q. *Regul. tom.* 2. q. 10. artic. 4. Bellet. d. tit. de clerico teste §. 3. n. 4.

9 In ead. glos. ibi, *quia non potest in iudicem suum consentire*. Nota rationem quare petere debeat clericus licentiam à suo Episcopo ad iurandum de calumnia coram iudice non suo, ea est, quia iuramentum calumniæ deferretur auctore prætorè, & sic clericus consentiret in iudicem non suum, quod facere non potest, Socin. in cap. *clm in causa*, n. 15. circa fin. *infr. hoc tit.* Anton. del Rè d. tract. cap. 16. n. 320. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum calumniæ non præstatur in spiritualibus causis.
- 2 Ius percipiendi decimas est spirituale.
- 3 Ordinationes fauorabiles clericis, & non contradicentes Canonibus seruari debent, etiam quoad Ecclesias, & clericos.
- 4 Spirituale quomodo qui dicatur, remissum.

C A P. Literas. II.

1 **I**vs Canonicum in causis Ecclesiasticis, decimis, & rebus spiritualibus non ordinat iuramentum calumniæ, nec Ecclesia tale consuevit, quia hæ causæ debent tractari ex Canonum æquitate, & non ex distinctione legum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Panorm. Butr. Anchar. Bald. Host. Marc. Soc. Barbat. Cujac. Vin. in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 59. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 221. remissum Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 34. c. 3. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 23. c. 2.

2 **Decimis.** Ergo ius percipiendi decimas est spirituale, vt per Monet. & plures ab eo citatos, de decimis cap. 5. q. 3. num. 57. & dixi ad cap. tua, 25. de decimis.

3 **Non ex legum distinctione.** Notatur ad hoc quod omnes ordinationes fauorabiles clericis, & non contradicentes Canonibus seruari debent etiam quoad Ecclesias, & clericos, vt per Rebuff. ad leges Gallia, in proem. glos. 1. n. 72. intellige vi rationis, nam vi statutorum laicalium clericos ligare non possunt, Surd. *conf.* 120. n. 42. Palat. in reperi. c. per vestras, notab. 2. §. sed est pulchra dubitatio, num. 15. *infr. de donat. inter viuum*, Tom. I.

Aldet. de generali stat. interp. conclus. 1. n. 104. Bellam. tom. 2. de clericis, c. 28. *proposit.* 2. Azor. *instr. moral.* p. 2. lib. 10. cap. 7. *verf. animaduertendum*, plures per Bellet. *disquisit. cleric.* p. 1. tit. de exemptionibus clericorum à statutis secularium, §. 2. n. 34. & 36. resoluit quod ordinationes secularium profunt clericis, non æquè nocent, & n. 37. quod possunt induci à clericis in quantum faciunt pro seipis, sed non acceptari in quantum faciunt contra ipsos.

In glos. *Rebus spiritualibus*. Quomodo, & quo sensu aliquid spirituale dicatur, tradunt Rebuff. de decimis, q. 4. n. 38. 39. & 73. Vgolin. de finon. tab. 1. cap. 33. §. 1. & 2. & cap. 34. in princ. Nau. in manuali, c. 23. num. 99. Anastas. Germon. de sacrorum immunit. lib. 3. c. 19. n. 57. & 8.

In ead. glos. ibi, *Tamen si agatur possessorie, &c.* Notatur ad hoc quod possessio rei spiritualis dicitur quid temporale, vt per Cou. *pract. cap.* 3. §. num. 1. Boët. *decis.* 69. n. 23. in princ. Aym. Crauet. *conf.* 258. à princ. Anton. Grauat. ad Vestrium lib. 5. cap. 1. num. 6. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia tit. de mater. possess. art. 7. glos. 1. n. 22. Menoch. *remed.* 15. *recuper.* num. 211. in princ. Ioan. Garc. *reg.* 9. ex num. 15. Guttier. canon. lib. 1. c. 34. ex num. 16. & ex num. 42. latissime de hac materia agit parens meus in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 2. tit. 1. §. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Persona principalis non indistinctè releuatur ab onere iurandi de calumnia, licet compareat per æconomum, sed sibi vel æconomus est deferendum inspecta qualitate causæ, & personarum.
- 2 Syndici Communitatum ad omnes causas peragendas constituti in animam propriam de calumnia iurant.
- 3 Procurator in animam propriam iurare tenetur aduersario exigente.
- 4 Tutores, curatores, æconomi, & ceteri habentes administrationem alieni patrimonij sine speciali mandato iuramentum de calumnia præstant.
- 5 Procurator fisci non tenetur iurare de calumnia.

C A P. In pertractandis. III.

Eugen.

Iuramentum calumniæ potest quandoque præstari per principales personas, quandoque per æconomos, & fit in animam iurantis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Bald. Hostiens. Anch. Panorm. Barbat. Mar. Socin. Butr. Cujac. Vinjan. in rationali secundi libri iur. Pontif. pag. 60. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 221. remissum Ximen. in concord. part. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 34. cap. 4. est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 23. cap. 3.

Collige ex text. Syndicos Communitatum ad omnes causas peragendas constitutos in animam propriam de calumnia iurare, cum habeant legitimam illarum causarum administrationem, & non debeant constitui nisi illi, qui plenam illarum notitiam teneant, Sayr. in clari Regia, lib. 5. c. 6. n. 6. Soar. tom. 2. de re iur. tract. de iuram. lib. 2. c. 31. n. 3. Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 1. q. 21. n. 255.

In animam iurantis. Ergo procurator tenetur iurare in animam propriam, præcipue aduersario exi-

ll 2 gente

gente, de quo vide Ordin. Regiam Lusit. lib. 3. tit. 43. §. 2. Anton. del Rè in tract. de iuram. calumnia, c. 16. n. 45. Surd. decis. 18. n. 3. Camil. Borrel. in summ. omnium decis. tit. 41. n. 19.

- 4 In gloss. *Iurantis*, ibi, sic tutores, & curatores, cum habeant legitimam administrationem. Notatur ad hoc quod tutores, curatores, & economi, ac ceteri habentes administrationem alieni patrimonij sine speciali mandato iuramentum calumniae praestant, ut per Coenar. var. lib. 1. c. 6. n. 6. vers. 9. ubi asserit hanc glossam ab omnibus esse receptam, & per hanc gloss. resoluit Scac. d. q. 21. n. 2504. Syndicum tam Collegij Ecclesiastici, quam saecularis iurare de calumnia in animam suam propriam sine alio mandato, dummodo habeat notitiam causae, & n. 258. limitat in Syndico particulari. Aduerte procuratorem fisci non teneri iuramentum calumniae subire, proxi. resoluit Surd. decis. 18. d. n. 11. Anton. del Rè d. c. 16. n. 171. & 172. Stephan. Gratian. d. secepr. forens. c. 56. n. 21. Camil. Borrel. d. tit. 51. n. 37 cum segg.

CAP. Imperatorum. IV.

- 1 Abbas, & monachi non per se, sed per ceconomum a se constitutum subeant calumniae iuramentum, qui illud pro eis perat, accipiat, & praestet, & si ipsi non eligunt, Episcopus idoneum ceconomum eligat pro monasterio, ne cedat à iure suo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Hofst. Bald. Butr. Henric. Barbat. Mar. Socin. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 61. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 221. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 34 c. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 23 c. 4.
- 2 Probat hic text. quod Praelatus, & Capitulum, contumaces in non iurando de calumnia, praedi- cant Ecclesiae, cuius nomine instituta est lis, ut per Sigism. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 1. d. n. 283.
- 3 In gloss. *Decidant*, ibi, qui enim de calumnia iurare non vult, si est actor cadit à causa, & reus habetur pro confesso. Dixi ad cap. ult. §. pena, infr. hoc tit.
- 4 In gloss. *O Economum*. Per hanc gloss. tenet Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 1. q. 11. n. 251. ceconomum, Syndicum, seu procuratorem generalem iurare de calumnia, & n. 252. resoluit quod quando Vniuersitas, seu Collegium non constituit Syndicum, seu procuratorem generalem, si Vniuersitas est saecularis, iurabunt principaliter, seu maior saltem pars principiorum, si est Ecclesiastica, debet iurare maior pars Capituli, & Praelatus: De ceconomio, & syndico, vide Alciat. lib. 1. Parerg. c. 5. Azeued. ad Curiam Pisaniam, lib. 2. c. 18. n. 14. & 43. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 41. art. 1.

SYMMARIUM.

- 1 Clerici etiam in eorum causis iurant de calumnia contraria consuetudine non obstante.
- 2 Morbis nouis noua conuenit antidota preparari.
- 3 Iuramentum calumniae non subiit, qui iam plenè probauit.
- 4 Peritium in iuramento calumniae est inculpabile.
- 5 Consuetudo valet ut iuramentum calumniae non praestetur.
- 6 Auxilio nouo indigent, quae de nouo emergunt.

CAP. Ceterum. V. Linc. III.

Clerici suis causis debent iurare de calumnia, non obstante consuetudine. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anchar. Anan. Hofst. Bald. Panorm. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 61. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 221. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 34 c. 6. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 23 c. 5.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, & multipliciter declarat Marta de iurisd. p. 4. cal. 65 à princ.

Quia nouis morbis noua conuenit antidota preparari. Vide Thesaur. Pedem. decis. 239 n. 11. cum segg. relatum in libello de principijs utriusque iuris, lit. E. n. 8. metisum in tract. de Axiom. iur. vsusfreq. Axiom. 81. n. 1. cum segg. ubi multipliciter ampliatur.

Ad veritatem eliciendam. Ergo iuramentum calumniae non subiit, qui iam plenè probauit, ut per Mench. illustrium quest. c. 31. n. 41. Illud verò aduertendum duxi in iuramento calumniae peritium esse inculpabile ex gloss. verbo, religione, in princ. Insuper de pena temere litig. recepta per Coen. in c. quomodo passum, p. 1. §. 7. n. 7. Menoch. de arbit. casu 319 n. 8. licet secus sit apud nostros Lusitanos, ex Melch. Phaeos decis. 69. n. 22. tom. 1.

Consuetudine, quae legi contraria est, non obstante. Notatur ad hoc quod non valet consuetudo, ut iuramentum calumniae non praestetur, Perez 1. gloss. 5. dub. 6. vers. istud tamen iuramentum, pag. 541. tit. 4. lib. 3. Ord. Alex. conf. 45. n. 3. lib. 2. Galgan. de iure publico, lib. 2. tit. 28. n. 2.

In gloss. *Nouis morbis*, ibi, & quae de nouo emergunt nouo auxilio indigent. Vide Surd. conf. 418. n. 9. Thom. de Thoma. reg. 240. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. n. 97. Anton. Monach. Lucensi decis. 21. n. 32. Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 45.

SYMMARIUM.

- 1 Procurator, vel syndicus vniuersitatis Ecclesiasticae, vel saecularis de calumnia iurare potest.
- 2 Causa, quae ex sui natura non requirit praesentiam corporalem, per procuratorem expediri potest.
- 3 Iuramentum calumniae lite contestata est praestandum, vel parum post incontinenti.
- 4 Iurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum, quando est dubius de facto super quo interrogatur.
- 5 Reus si fuerit per actorem interrogatus an rem petitam possideret necne, & neget, possidere, si postea conuincatur de mendacio, possessione priuatur.

CAP. Cum causam. VI.

Innoc. III.

Prior vniuersitatis habens mandatum de rato iurare potest de calumnia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Henric. Hofst. Bald. Panorm. Anchar. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viuian. in ration. 2. libri iuris Pontif. p. 62. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 222. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 26 c. 1.

Nostro se confitebatur praesentare. Notatur ad hoc quod quando materia subiecta ex sui natura non requirit praesentiam corporalem, tunc poterit expediri per procu-

procuratorem, vt per Tiraquel. *ad leges conu. gloss. 6. num. 3. quem refert Gonzal. ad reg. 7. Cancel. gloss. 48. num. 41.*

³ Et lite coram nobis, &c.] Ergo iuramentum calumnie lite contestata est praestandum Ordin. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 43. in princ. & apud Castellanos l. fin. tit. 10. & l. 23. tit. 11. p. 3. Stephan. de priuileg. iuram. priuileg. 12. n. 2. Marant. de ordine iudic. p. 6. ad 2. iudicia partem. n. 1. Anton. del Rè in tract. huius tit. c. 1. num. 19. intellige de vera litis contestatione, ex Gama Lusit. decis. 147. num. 3. Et sufficit fieri incontinenti parum post illam Camil. Borrel. in summa omnium decisionum, tit. 51. n. 14. nam dicitur fieri in tempore, quod fit parum post tempus, l. lecta, ff. si certum petatur, Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gloss. 5. m. 2. Colet. Germ. dec. 117. num. 1.

⁴ In gloss. Per procuratorem, ibi, nunquid potest petere tempus ad deliberandum super eo de quo interrogatur, &c. Notatur ad hoc quod pars iurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum, quando est dubius, vel incertus de facto super quo interrogatur, vt per Mench. v. f. f. reg. c. 25. ad fin. dat. Guttier. practice. lib. 1. quæst. 59. à princ. vbi tenet hoc procedere quando pars non potest esse instructa, vel factum de quo interrogatur, esset antiquum, vel intricatum.

⁵ In gloss. Interrogationibus, ibi, an possideat rem, qua petitur ab eo, &c.] Notatur ad hoc quod si reus fuerit per actorem interrogatus an rem petitam possideret necne, & neget possidere, si postea conuincatur de mendacio, possessione priuatur, vt per Roland. cons. 38. num. 10. volum. 4. Anton. Gabr. tom. 3. communium opinion. tit. de acquirenda possess. conclus. vnic. num. 33. pag. 275.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus litigans per se ipsum iurat de calumnia sine Papa licentia, si vero per syndicum litigat, per illum poterit iurare, & n. 2.
- 3 Clerici in sacris constituti ex obseruantia indubitata non iurant tactis Scripturis, sed tacto pectore.
- 4 Iuramentum calumnie sine causa subire recusans cadit ab instituta actione, intellige per sententiam, num. 5.
- 6 Tutoris, seu curatoris contumacia in non iurando de calumnia praeiudicat pupillo, & adulto.

CAP. Cùm in causa. VIII. & vlt.

Gregor. IX.

¹ Episcopus in causa pecuniaria si per se litigare vult debet per se iurare propositis, & non tactis Euangelis, si per procuratorem, per eundem poterit iurare de calumnia. Colligunt ex Ordin. Abbantiq. Collect. Zabari. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hof. Bald. Panorm. Anchar. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 62. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 222. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

² Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Castill. ad l. 67. Tauris. gloss. Iglefia, col. 2. post med. vers. in contrarium, quod quidem calumnie iuramentum hodie sine licentia Papæ subire potest, ex Abb. in c. 1. n. 16. & 19. sup. hoc tit. resoluit Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico teste, §. 4. n. 10.

³ Propositis tantum, sed non tactis Euangelis.] Ex ob-
Tom. I.

seruantia indubitata omnes Ecclesiasticæ personæ, siue sint Cardinales, siue Episcopi, aut aliæ personæ in sacris constitutæ, non iurant tactis Euangelis, nec tactis Scripturis aliquibus, sed tacto pectore, Vestr. in pract. Ciuili, lib. 6. c. 3. n. 7. Ant. del Rè in tract. huius tit. c. 1. §. num. 351. & seq. quos refert Bellet. d. §. 4. num. 12.

§. Poena.

Probat hic §. actorem recusantem subire iuramentum calumnie sine causa cadere ab instituta actione, & reum haberi pro confesso, Ord. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 43. §. 2. in fine, Perez l. 1. gloss. 5. pag. 541. col. 2. tit. 4. lib. 3. Ordin. Mench. v. f. f. frequent. cap. 25. num. 24. Anton. del Rè in tract. huius tit. c. 21. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 51. num. 29. Mendez à Castro in praxi saculari Lusit. lib. 3. c. 7. nam recusans quodlibet iuramentum, quod debebat deferre, habetur pro confesso, Cachetan. Pedem. decis. 111. n. 2. Matth. Coler. German. decis. 123. & seqq.

Cadat actione,] Intelligitur per sententiam, Ordin. Regia Lusit. vbi proxime, Mench. d. c. 25. n. 25. Anton. del Rè d. tract. c. 14. n. 3. & 4. vbi n. 167. cum seqq. an possit purgari mora, faciunt quæ Tiraq. in l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 87. & 217. C. de renouandis donat.

Amplia in tutore, seu curatore, cuius contumacia in non iurando de calumnia præiudicat pupillo, & adulto, vt contra Specul. probat. Sigism. Seac. de iudic. lib. 3. c. 1. §. 2. n. 271. & num. 288. etiam resoluit quod contumacia syndici non iurantis de calumnia præiudicat Ecclesie.



De Dilationibus.

TIT. VIII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Panorm. Mar. Socin. Butr. Guillem. Durand. in breuiario aureo iur. Canon. fol. 52. Petr. de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 51. verso, Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 201. Goffred. & Hof. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iur. Canon. Zipæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 126. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 54. vbi parens meus, & apud Castellanos tit. 1 §. p. 3. vbi Gregor. Lop. & tit. 6 lib. 3. Ordin. vbi Perez Specul. in rub. de dilationib. Darman. in praxi Ciuili, c. 114. cum seqq. Marant. de ordine iudic. p. 6. tit. de dilation. Duen. reg. 200. Bauer. in sing. verbo, dilatio, Socin. reg. 126. Soar. Vezin. Graff. & alij tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 9. Gabr. Roman. lib. 2. sentent. tit. de dilationib. Octavian. Vestr. in praxi, lib. 5. cap. 3. cum seqq. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia, tit. de dilationib. Menoch. de arbitrar. casu 52. & consil. 367. à num. 28. Cardin. Tusch. lit. D. concl. 436. cum seqq. Sigismund. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. & 4. Galganet. de iure publico, lig. 2. tit. 20. Mascard. de probation. concl. 516. Fulu. Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 32. Petr. Gregor. l. 1. 3. synagm.